

teur, num. 2. ff. quemadmodum testam. aper. Salycet. in d. l. siquidem, num. 2. Marant. in reposit. l. is potest, num. 173. & sequentibus, ff. de acquir. hered. Petrus Duennas in regula 299. limitation. 9. ¶ Et hæc probatio per famam habetur pro veritate plena, secund. Addit. Bart. in dicit. l. siquidem, plures allegantem, & est optima lex Regia l. ut. l. 4. part. 3. versic. E de z. mos, ponderando, quod ibi tempus decennij ponitur gratia exempli prolongo tempore, vt constat ibi, Assi como diez annos: Item probatur expressius ex eadem lege inferius, ibi. Que murio de poco tiempo aca, assi como de cinco annos ayuso. Nam tempus intermedium a quinque annis, vsq; ad decem, longum dicitur.

31 Nam quod tempus dicatur longum, & quod modicum, relinquatur arbitrio iudicis, text. in l. si qua quis, §. Si cauit, in fine, & ibi gloss. in verb. tempore, ff. de verb. oblig. Tiraq. late in l. si unquam, in verb. omnia, vel partem aliquam, n. 31. pag. 175. in princip. C. de reuoc. donat. præcipue cum d. l. Regia loquatur, quando agitur de successione absentis, & sic de præiudicio pecuniario, hic vero de leuiori.

Non obstat, quod aduersæ partes allegant & probare nist sunt, scilicet, se esse in possessione dimidiæ partis huius patronatus ex perceptione antiqua dimidiæ tatis salarij patrono assignati per fundatorem. ¶ Quia in proposito non acquiritur quasi possessio ad præsentandum, nisi ex vnica præsentatione facta bona fide, quæ sortita fuerit plenum effectum, & confirmata, vt bene probat Roch. de Curt. in d. tract. de iure patronatus, in verb. competens alicui, n. 34. & seq. fol. 39. vbi cõgerit quatuor requisita ad hoc, vt ex vnica præsentatione acquiratur quasi possessio iuris patronatus. Sed partes aduersæ nec eorum mater vnquam præsentauerunt: nullam ergo possessionem, vel quasi, saltem considerabilem in proposito habere dicuntur: ac per consequens ex omnibus sup. d. cessat omnis earum allegatio & intentum. ¶ Nec t obest, quod ille, qui in aliis actibus patrono competentibus fuit in quasi possessione, præsumitur etiam esse in possessione præsentandi, secund. Ioan. Andr. in d. quod alicui, in fin. de reg. iur. in Merc. Feder. de Senis consil. 234. incip. super primo puncto, in penult. colu. in fin. Abb. in c. 1. per illum text. de relig. domib. quos referi & sequitur contra Rom. consil. 368. incip. præfens consultatio, Roch. de Curt. vbi sup. n. 39. ¶ Quia respondet, quod licet hoc verum esset contra Rom. vbi sup. & Archi. in c. 1. de iur. patr. lib. 6. qui etiam videtur tenere contrarium, procedit, quando non constat, quod ius patronatus pertineat ad alium: quia tunc præsumendum est, quod pertineat ad illum, qui exercuit vnum ius competens patrono tantum. Alias enim si constaret de iure alterius, quia haberet intentionem suã fundatam in iure communi, etiam si non sit in possessione, præfertur in illo actu, in quo alter non habet possessionem, licet habeat eam in alio. Ita expresse tenent Ioan. Andr. Abb. & Feder. vbi sup. & Roch. etiam vbi sup. item & Cæsar Lamber. de iure patr. art. 4. n. 9. prin. 2. partis libr. 1. per totum articulum, præcipue nu. 3. fol. 175.

34 Facit etiam alia limitatio relata a Roch. vbi sup. Vltimo comprobantur superiora, & a fortiori, quia et si alias præsentatus ab eo, qui est in possessione iuris patronatus, præfertur præsentato a proprietario, sic; vero domino, vt cum Abb. & aliis tenet Roch. de Curt. in d. tract. verb. competens alicui, n. 45. & Rolan. a Valle, consil. 47. n. 28. lib. 1.

Non tamen præfertur, cum constat clare præsentationis tempore de iure domini, argum. text. in c. cum dilectus, de caus. possess. & propriet. quo text. adductus ita censuit Abb. in cap. consultationibus, de iur. patron. quod probat & Deci. consil. 249. num. 2. in fin. Rip. & Nuz.

eosq; referens Iacobus Menochius, de recuperand. possess. reuoc. l. num. 120. fol. 20. ad fin. & ante eum Roch. dicit. numer. 47.

SUMMARI A.

- 1 Religiosæ exempti a solutione decimarum, non tenentur e u soluere de nutrimentis animalium suorum.
- 2 Religiosi Societatis Iesu Paulus III. Pontifex Maximus concessit, ne soluere decimas, Idem concessit eidem Pius V. num. 7. quibus locis refertur tenor privilegiorum.
- 3 Verba aliis bonis quibuscunq; privilegij, Pauli III. sunt vniuersalia & omnia includunt.
- 4 Verba generalia simplicia habent vim specialis concessionis, etiam in casibus, vbi nominatio specificæ requiritur.
- 5 Generalis dispositio legum vel statutorij includit omnes casus, licet in vno maior ratio esse videatur.
- 6 Concessio exemptionis vniuersalis geminata tantum operari debet, ac si specialis expressio omnium onerum facta existisset: & casus dissimiles & maiores expressis comprehendat.
- 8 Summus Pontif. potest concedere aliquib. personis privilegium de decimis non soluendis.
- 9 Verba illa concessionis, a quibus decimis, etiã Papalibus, generalia & vniuersalia sunt, & omnes casus includere videntur.
- 10 Verba privilegij quando generalia sunt, proprie, vt sonant, sunt intelligenda.
- 11 Verba quando sunt generalia, omnis interpretatio restrictiua dicitur contra proprietatem verborum.
- 12 Verba vbi sunt perspicua, debent intelligi secundum propriam significationem: quia in privilegio siue extra non mutant suam significationem, nec debent alterari.
- 13 Verba illa, exemptimus & liberamus, in privilegio posita, semper in actu exemptionis ab ordinario, quamuis etiam nulla mentio fiat.
- 14 Verba illa, prædialibus & personalibus, & illa res & bona quæcunq; apposita in concessione Pij V. demonstrant, si privilegium non tantum esse personale, sed etiam reale, concessum quibuscunq; bonis sic etiam Iesu.
- 15 Privilegium de non soluendis decimis, quamuis in dubio debeat strictè interpretari, secus tamen erit, quando aliud constat ex tenore privilegij, nam is semper obseruandus est.
- 16 Verbum indulgemus, strictè debet interpretari.
- 17 Privilegium de non soluendis decimis intelligitur & restringitur de bonis presentibus tempore privilegij, secus ac futuris: & quomodo hoc intelligatur, & num. sequenti.
- 18 Mentionem fieri non oportet de dispositione iuris communis in privilegio Papa.
- 19 Religiosi privilegij, vt non soluant decimas, ipsas soluere non tenentur de animalibus, quæ ab eisdem, vel suis sumtibus & eorum nomine nutriuntur, neq; de fructibus eorum.
- 20 Decima non est soluenda de dote monasterij.
- 21 Decima non est soluenda de bonis subrogatis in locum dotis monasterij.
- 22 Bona permutata cum liberis & franchis, a solutione onerum libera existunt a præd. oneribus.
- 23 Nomina verbalia requirunt frequentiam actus, neque in vno actu verificantur.
- 24 Ordo Religionis societatis Iesu nouiter est institutus, annis quinquaginta nondum elapsis, & a sancta Sede Apostolica est approbatus, vt refertur in sacrosancto Concilio Tridentino.

CONSILIVM V.

soluit Laurentius Syluan. consil. 66. n. 13. & 14. & consil. 88. n. 4. & 5. lib. 2.

Præfens consultatio est; An collegium societatis Iesu teneatur soluere decimam de fructibus omnium, quas acceperunt in solutum a quodam suo debitore, qui bona decoxerat, ut in securo portu nauigarent, & de arctibus a se emtis pro nutrimento atq; alimentis religiosorum eiusdem collegij? Et visis iuribus & allegationibus vtriusq; partis, mihi de iure videtur respondendum, prout respondi, dictos religiosos ad id non teneri sequentibus fundamentis.

1 Primo, per text. expressum in c. ex parte, el primo, de decim. vbi probatur, quod religiosi exempti a solutione decimarum non debent nec tenentur soluere decimas de nutrimentis animalium suorum, & ibi gloss. & Doct. intelligunt de animalibus, quæ nutriuntur, Rebuff. in tract. de decim. quaest. 8. num. 12. intelligit de pullis, equis & fœtib. quæ animalia religiosorum nutriunt, vt non teneantur religiosi decimas soluere de ouibus & vaccis, sed nec de ipsius fructibus, quæ ista animalia nutriunt. Quod etiam probat expresse l. tit. 20. part. 1. in versic. fin. ibi. E otrosi, no deuen dar diezmo de las huertas que omeren, ni de los ganados que críaron. Quod autem prædicti religiosi sint exempti a solutione decimarum statim apparebit.

2 Secundo, ex Bulla Pij Pauli III. Pontificis Maximi ipsius religiosi societatis Iesu peculiariter concessa 15. Calendas Nouembris, Anno 1549. Cuius verba in proposito nostro ita se habent; Concedentes ipsi sociis, vt de his, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminariis, seu pro victu, vel indumentis eorum, nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliqua domus societatis prædictæ obligata sit, san existant, ac de domibus & collegijs, ac eorum prædijs, hortis, alijsq; locis eidem sociis iuxta eorum vsuendū institutum haberi concessis, aut de his, quæ sibi pro huiusmodi rebus, domibus, collegijs, prædijs, locis & hortis emendis per quascunq; personas pro tempore legiti aut relinqui contigerit, & alijs bonis quibuscunq; per dictam societatem, & ipsius collegia possessis & obtentis aliquam decimam etiam Papalem soluere, seu canonicam portionem exhibere, seu ad præstationem procuratorum legatorum prædict. sedis, vel nuntiorum eiusdem, aut ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum seu subsidiorum, vel provisionum quarumcunq; minime teneantur, nec ad id per litteras Pij sedis, aut legatorum, aut nuntiorum, seu decessanorum prædictorum cuiuscunq; tenoris fuerint, vilo vnquam tempore compelli possint, &c. Et iterum ibi, & bona quæcunq;. Et habet clausulam derogatiam generalem, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus ac iuramento, confirmatione Apostolica, quamvis firmitate roboratis, statuti vel consuetudinibus, &c. Verba enim illa, & alijs bonis quibuscunq;, sunt vniuersalia & omnia includunt, vt in l. omnes, l. sine cons. vel relig. & in cap. soluta, de maior. & obediens. Est enim dictio, quæcunq;, multum vniuersalis, vt est textus in l. 1. §. quod autem, ff. de vi, & vi armat. notat gloss. in leg. si quid earum, §. inter emium, ff. de legat. 3. & in eisdem prope terminis tradit Bartholomæus Socin. consil. 297. nu. 5. volum. 2.

3 ad id per litteras Pij sedis, aut legatorum, aut nuntiorum, seu decessanorum prædictorum cuiuscunq; tenoris fuerint, vilo vnquam tempore compelli possint, &c. Et iterum ibi, & bona quæcunq;. Et habet clausulam derogatiam generalem, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus ac iuramento, confirmatione Apostolica, quamvis firmitate roboratis, statuti vel consuetudinibus, &c. Verba enim illa, & alijs bonis quibuscunq;, sunt vniuersalia & omnia includunt, vt in l. omnes, l. sine cons. vel relig. & in cap. soluta, de maior. & obediens. Est enim dictio, quæcunq;, multum vniuersalis, vt est textus in l. 1. §. quod autem, ff. de vi, & vi armat. notat gloss. in leg. si quid earum, §. inter emium, ff. de legat. 3. & in eisdem prope terminis tradit Bartholomæus Socin. consil. 297. nu. 5. volum. 2.

4 Et verba generalia simplicia habent vim specialis expressionis, etiam in casibus, vbi nominatio specifica requiritur, vt tradit Curtius Senior consil. 49. Cranesia consil. 294. & 297. Item generalis dispositio legum vel statutorum includit omnes casus, licet in vno maior ratio esse videatur, Tiraquell. de vtriusq; retract. tit. 1. gloss. l. 2. num. 101. fol. 106. §. num. 102. ampliat etiam in odiosis. Et vniuersalis geminata exemptionis concessio tantum operari debet, ac si specialis expressio prædict. omnium onerum facta existisset, & casus dissimiles & maiores expressis comprehendit, vt cum alijs re-

Tertium & præcipuum fundamentum est ex alia 7 Bulla & privilegio nouissimo ad idem concessa a felicis recordationis Pio 4. Pontifice Maximo. Cuius verba ita se habent: Vniuersam societatem, omniaq; & singula illius domus probationis, & collegia, vbi libet consistens, presentia & futura, eorumq; personas, fructus, redditus, proventus etiam honorum Ecclesiasticorum secularium, & regularium, quorumcunq; illis pro tempore vntorum, aliasq; res & bona quæcunq;, a quibus decimis, etiam Papalibus, prædialibus & personalibus, quaris, medietatibus, & alijs fructuum partibus, subsidij etiam caritatis, & alijs ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, ac alias quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum & aliorum Principum instantiam pro tempore impositis, etiam si in illorum impositione caueatur, quod nulla prorsus exemptio cuiuscunq; aduersus illa suffragetur, ita quod societates eiusq; domus, collegia, fructus, rei & bona præfata semper ab alijs absq; declaratione desuper factenda excepta sint, & esse censeantur, perpetuo liberentur, & exemptimus, & infra in fine Bullæ adest clausula derogatoria: non obstantibus præmissis, & quibusuis cancellariæ Apostolicæ regulis, & præsertim de non tollendo iure quasito.

Nouissimum est autem in iure, Summum Pontificem posse concedere aliquibus personis privilegium de decimis non soluendis, iuxta glo. optimam communiter approbatam in c. a nobis, verbo, exemptus, de decim. vbi Dd. communiter, signanter Abb. n. 4. similis in c. de decimis, §. si ergo, vers. Paschalis, l. 6. q. 1. cum quibus se habet communis omniū sententia teste Soci. consil. 297. n. 4. vol. 2. Consil. l. var. res. fol. c. 17. n. 9. sequitur plures referens D. Didac. Perez in l. 5. tit. 5. lib. 1. ordin. col. 206. vers. præterea, & dicit etiam communem in Mench. lib. 2. controu. illust. c. 89. n. 11. etiq; recepta a Theologis, vt probat Petr. Aragon. 2. 29. 87. n. 1. & 2. & communem proficitur eam sequutus D. Sahagun in c. decernimus, nu. 158. de iudic. vbi bene infert nu. 159. Et confirmatur ex pluribus decisionibus, quæ horum & similibus privilegiorum mentionem faciunt, vt per totum, de decim. maxime in c. ex multiplici, & in c. ex parte, el. 3. & per totum, de priuileg. maxime in c. si de terra, & in c. accedentibus, cum similibus, l. 2. & 23. tit. 20. part. 1. vers. Otro filas ordenes sino fueren excusadas por privilegio del Papa, &c. Nec obicit vulgaris assertio, quod decimæ debentur a iure naturali & diuino, quia hoc intelligitur, quoad congruam sustentationem, nō quoad quantum quantum enim decimæ iure Pontificio & humano persoluitur, & huic potest Summ. Pontifex derogare.

Et cum tenor privilegij ante omnia diligenter ponderandus & inspiciendus sit, iuxta text. in c. recipimus, & in c. porro, de priuileg. in primis pondero verba illa, a quibus decimis, etiam Papalibus, &c. Quæ quidem generalia & vniuersalia sunt, & omnes casus includere videntur. Iura sunt vulgaria in c. si Roma. 19. distin. in c. soluta, de maior. & obediens. Et quando verba privilegij sunt vniuersalia, proprie, & vt sonant, sunt intelligenda, vt in terminis in similib. privilegij exemptionis, notat Angel. in l. fin. vers. tertio quaritur, ff. de consil. princ. sequitur Decius allegans alios consil. 113. n. 6. Et quando verba sunt generalia, omnis interpretatio restrictiua dicitur contra proprietatem verbor. vt docet Bald. consil. 271. col. 2. volu. 1. Et vbi verba sunt perspicua, intelligi debent secundum propriam significationem: quia siue in privilegio, siue extra non mutant suam significationem, nec debent alterari, c. ad audiendam, vbi Abb. nos. 1. & 2. de decim. l. cum lege, ff. de testa. late & eleganter Rebuff. de benef. 1. part. tit. de decim. priuileg. & rescrip. n. 8. Et si ad verba supra relata respicias omnia sunt generalia & comprehendentia nostrum casum.

Præsertim pondero ꝑ verba illa *eximimus* & *liberamus*, quæ in privilegio posita semper inducunt exemptionem ab ordinario, quamvis eius nulla mentio fiat, optima glossa in *c. cum olim*, el. 1. *verbo* *diocesani*, ubi notat Abb. num. 6. de privileg. text. in cap. 1. §. ex parte, de concess. prob. in 6. notant Dd. Ioan. Andre. & Bald. in *c. dudum*, ubi Abb. numer. 1. de privileg. & melius idem Abb. in cap. causam, quæ el. 2. n. 5. *versus* *ego distinguem*, de testib. Paulus Paris. consil. 22. n. 8. vol. 4. Pro quo facit text. in *c. 1. de constit. in 6. vbi* quod Papa iura omnia in scrutinio pectoris sui censetur habere: item quia derogat regulæ de iure quæsito non tollendo; Ergo manifestissime derogat iuri ordinarij.

Tandem pondero ꝑ verba illa, *predialibus* & *personalibus*, & infra: *res & bona quæcumq;*, & iterum, *res & bona præfata*, &c. Ex quibus patet, quod hoc privilegium nõ tantum est personale, sed etiam reale concessum quibuscumq; bonis & rebus societatis. Vnde omnia intelliguntur exempta a decimarum præstatione, glo. magistrum Clem. 1. *verbo* *exsoluendas*, ad fin. de decim. quam ibi sequuntur Dd. Cardin. n. 21. Ioan. de Imol. nu. 14. & est communis sententia secundum Socin. consil. 297. num. 6. volum. 2.

Et ex ꝑ supradictis patet responsio ad illud, quod dici solet, privilegium de non soluendis decimis, debere striete interpretari, cum sit stricti iuris & in præiudiciu tertij Nam resp. prædicta vera esse in dubio, secus si aliud constat ex tenore privilegij: nam is semper observandus est, vt dixi supra: & præterea probatur in *c. quævis*, de rescript. in 6. & in *c. porro*, & in *c. recipimus*, de privileg. Et voluisse summum Pontificem præiudicare cuiquam tercio ius habenti in decimis, notum est ex supradictis verbis Bullæ: respondet Decius consil. 113. nu. 7. Rebuff. de decim. q. 13. n. fin. & patet manifeste ex d. clausula derogatoria, præsertim illa *regula*, de non tollendo *iure quæsito*. Item cum deroget iuri alterius cum clausula derogatoria alterius exemptionis, scilicet, quod nulla prorsus exemptio aduersus illa cuiquam suffragetur, a fortiori videtur derogare iuri ordinarij illam non habentis.

Item ex supradictis patet responsio ad doctrinam & decisionem Oldrad. consil. 268. quæ videtur contradicere omnibus supradictis, quem refert & sequitur Felin. in *c. causam*, quæ n. 11. de rescript. Quia Oldrad. loquitur in casu diuerso a nostro, quia privilegium, de quo ille, continebat verba nimis limitata & stricta, scilicet, *auferuntate presentium indulgemus*, vt ad præstationem decimarum minime teneantur: quæ quidem verba in definita sunt & nimis stricta. Verbum tenim, *indulgemus*, striete debet interpretari, iuxta notata per gloss. in l. fin. vbi Bart. C. de sententiâ pass. Decius d. consil. 113. num. fin. Et ideo nimirum, si non derogetur ibi iuri ordinarij: at in nostro privilegio sunt verba vniuersalia fecunda & geminata, vt patet: & loquitur summus Pontifex non indulgendo sed liberando & eximendo bona societatis a quibusvis decimis predialibus, personalibus &c. Et derogans iuri acquisito alterius, etiam si in illorum impositione caueatur, quod nulla prorsus exemptio aduersus illa cuiquam suffragetur, &c. Itaq; non est dubium, quin si Oldradus scriberet vto hoc privilegio Societatis Iesu, hanc sententiam firmaret, prout fecit Decius d. consil. 113. Paul. Paris. consil. 22. num. 10. cum sequent. volum. 4. & Petrus Rebuff. de decim. q. 13. num. 32. qui quidem in strictiori privilegio loquuntur. Fundamentum enim Oldrad. vbi supra, in verbis limitatis privilegij nititur: & ita eum intelligit Rebuff. de decim. q. 13. in fin. in dubio. Sed quando certum est, Papam voluisse derogare iuri tertij, seruandus est tenor privilegij, vt in *d. c. quævis*, de rescript. in 6. cum similibus. Contra ꝑ supradicta minime obest text. in *c. penult. incip. nuper*, de decim. vbi probatur,

quod privilegium de non soluendis decimis, intelligitur & restringitur de bonis presentibus tempore privilegij: secus de futuris, quia de illis alias privilegiati tenentur soluere decimas, maxime cum Bulla supradict. Pauli III. dicat de alijs quibuscumq; bonis per d. Societatem & ipsius collegia possessis. Nam his verbis d. Bulla videtur concordare, & debere intelligi iuxta ius commune, scilicet, de bonis, quæ tunc Societas possidebat, non vero de postea acquisitis, cum non dicat, sine possidendis: & hoc solo fundamento tanquam fortissimo nititur pars aduersa. Nam illi text. pluribus modis satis fit. Primo, quod loquitur in privilegij concessis ante concilium generale, quod fuit habitum Anno Domini 1255. Pontificatus Innocentij III. Anno 17. vt in l. 4. tit. 20. p. 1. qual. in num. annorum emendat Couarr. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 5. Quæ quidem privilegia per Concilium generale supradictum fuerunt restricta & limitata ad possessiones siue prædia tantum præsentia. At privilegium hoc, de quo noster est sermo, fuit concessum his religiosis multo post, scilicet, Anno 1549. cum derogationibus suprad. & sic eo derogatur iuri communi. De quo in *d. c. penult.* iuxta ea, quæ tradit Alex. consil. 195. n. 18. lib. 2. vbi tenet, non oportere fieri mentionem in privilegio Papæ de dispositione iuris communis, & ita intelligit Abb. *d. c. penult. in 3. notab.* dicens: Tertio nota, quod privilegia omnium religiosorum de decimis non soluendis collata ante tempus huius concilij sunt reuocata hodie, quoad possessiones acquisitas post hoc concilium: & ita intelligit textum in dict. cap. ex parte, Et primo.

Item text. in *d. l. penult.* loquitur in decima prædiorum de nouo acquirendorum: nos vero de his non agimus, sed de animalibus: quorū ratio diuersa est, quia sunt se mouentia: vnde ad ea non debet extendi dispositio *d. c. penult.* cum sit limitatoria & correctoria privilegiorum. Et verba Bullæ Pauli Tertij supra relata, ibi, *possessis*, intelligi debent, quocumq; tempore, velatissime interpretentur iuxta text. in *c. quia circa*, de privileg. qui text. loquitur in hac materia decimarum. Idq; probari videtur in alijs verbis inferiorib. d. Bullæ: *ibi, vltimo vniuersa tempore compelli possunt*. Per quæ, quæ sunt perspicua, intelligi debent superiora dubia: maxime, quia alias privilegium redderetur minus vtile, vel prorsus inutile, atq; illusorium.

Tertio respondeo, quod quicquid sit in prædijs de nouo acquisitis post d. privilegium, in animalibus, tamen quæ ab eisdem, vel suis sumtibus & eorū nomine mittuntur, & fecibus eorum, non est dubium, quia de eis nulla debetur decima a præd. religiosis sic privilegiatis, vt in *d. c. ex parte*, el. 1. & expressus in dict. l. 4. Regiæ in fine. Vbi non obstat dispositio text. in *d. c. penult.* & ipsius restrictione, quæ transcribitur in *d. l. Regia*, dicitur, *Que del ganado que criaren* (& sic loquitur in futurum) *no denan ni paguen diezmo*. Quod consonat d. iuri Canonico, text. in *d. c. ex parte*, el. 1. & ibi Doct. & Rebuff. vbi supra. idem de iure decedentes. Et vbi sunt Summi Pontificis privilegium, iuris Canonici & Regiæ expressa dispositio, non est cur resistatur.

Quarto respondeo, quod licet omnia supradicta cessarent, prout non cessant, adhuc alia ratione text. in *c. penult.* minime poterat in nostro casu intelligi: quia præd. oues acceptæ fuerunt a præd. religiosis in solutu pro debito & censibus procedentibus a dote fundamentali dict. monasterij siue collegij Societatis Iesu: hocq; non negatur, quia apertum est sicque subrogatæ sunt in locum d. dotis. Et ita ꝑ sicut de ipso censu, si nunc existeret, non esset soluenda decima, nec vnquam soluta fuit: quia erat dos, qua fundatum sit dict. monasterium, vt in *d. privilegio*, & in dict. cap. penult. cauetur, *ibi, nisi forte pro monasterio nouiter fundatis*, & ibi expresse

expresse gloss. *verbo* *nouiter*, & in dict. l. 4. tit. 20. part. 1. eodem modo ꝑ solui non debet de dictis ouibus villa decima ratione subrogationis, cum subrogatū fortiaur naturam sui subrogati, & a lege sit ipsa subrogatio in locum bonorum & rerum dotalium Collegij, vt in terminis exemptionis a solutione decimarum in rebus permutatis voluntarie cum dote monasterij, tradit & probat bene Bartholom. Socin. consil. 268. num. 4. vol. 2. idem Socin. dict. consil. 297. num. 6. *versus* *confirmatur ista resolut.* vol. 2. Pro quo ꝑ conducunt, quæ pene in proposito tradit Lucas de Penna in l. 1. colum. 4. & sequentibus. *versus* *sed quid in questione de facto*, & maxime num. 20. & 23. *C. de imponend. lucra*, de rescript. libr. 10. quem refert & sequitur & bene probat Laurentius Sylvanus consil. 66. num. 15. lib. 2. vbi loquuntur in rebus permutatis cum alijs liberis, & franchis a solutione onerum, quod cum sint subrogata in locum ipsorum, libera quoque existant a præd. oneribus. Ergo a fortiori idem erit, quando permutatio siue datio in solutum sit & accipitur iuxta subsistente causa, imo necessaria, prout in proposito cogitit, ne collegium sua dote priuaretur & defraudaretur, prout fieret, si ex tempore sibi nõ prouideret, accipiendo præd. oues in solutum, quia debitor multis debitis erat onustus atq; implicatus, plus enim debebat quam in bonis haberet.

Nec potest iuridice affirmari, collegium habere pro negotiatione præd. oues & arietes, cum constet de prædicta causa rationabili acceptionis, nec vnquam id fecerit, nec haberit similem consuetudinem siue tractum. emendat ad reuendendum, vt inde lecrum caperent. Quod si prædict. arietes emerant, fuit in eorum alimoniam & sustentationem atq; prouisionem, quod licet.

Et etiam si ꝑ id fecissent causa mercantiz & lucrifaciendi, adhuc pro vna vice non potest dici negotiatio nec tractus, cum præd. nomina sint verbalia, quæ requirunt frequentiam actus, nec in vno verificentur, iuxta laudatæ & recollecta per Benuenut. Anthon. in suo tract. de mercat. in princ. n. 6. & seq. & ante eum per Bald. de Perusio in tractat. de consuet. n. 8. vol. 5. tract. diuers. doct. Cap. in l. 1. §. idem Iulian. n. 20. & seq. ff. de adlit. edict.

Vltimo omnino corruit difficultas considerata d. c. penult. ex verbis Bullæ Pij V. supra relatis, ibi, *collegia presentia & futura*, eorumq; personas, fructus, &c. & ibi, *& bona quæcumq;*. Ex his enim verbis iam clare liquet, non solum bona acquisita, sed etiam in posterum acquirenda per collegia Societatis Iesu libera fore a solutione decimarum; Quandoquidem eximit collegia presentia & futura, & bona quæcumq;. Et præterea hæc inconueniabili ratione probatur, privilegia præd. & Apostolicas concessiones debent intelligi de bonis quælibet post d. Concilium generale, de quo in dict. c. penult. de decim. imo non posse intelligi de antea acquisitis: quia ꝑ ordo hic religionis Societatis Iesu nouiter est institutus annis quinquaginta non dum elapsis, de quo & ipsius approbatione sancta Sede Apostolica mentionem fecit sanctum Concilium Tridentin. session. 25. c. 16. At vero Concilium illud generale, de quo in dict. c. penult. multis annis retro fuit celebratum, vt supra est dictum. Necessario igitur intelligenda sunt dicta privilegia de bonis post dictum Concilium acquisitis: alias enim nihil proficerent & essent inania, quod minime dicendum est. Tandem post hæc Gregor. XIII. Pontifex Maximus agens de prædict. privilegijs Apostolicis societati Iesu indultis derogauit nuncupatim *d. c. nuper*, de decim. die 1. Januarij, anno 1578.*

SVMMARIA.

1. Possessione equaliter probata inter duos, ille, qui habet titulum, habet potiora iura.

- 2. Spoliatus ante omnia debet restituere.
3. Notorius defectus proprietatis impedit fieri dictam restitutionem.
4. Per inspectionem instrumenti dicitur constare notorie de non iure agentis.
5. Notorium dicitur, quod ex actis colligitur, & quicquid est probatum in iudicio.
6. Libro censuali antiquo alicuius Ecclesie creditur in preiudicium soluens, dummodo reperitur & conseruetur in loco non suspecto.
7. Per libros postus in archiuo publico ciuitatis probantur census & redditus ipsius.
8. Exceptio notory defectus dominy, seu iuris agentis in possessorio, tunc debet admitti, cum notorie constat compulsive de non iure spoliari, & de iure spoliatis.
9. Coactus a iudice soluere debuit, licet non iure solutus non reperit, etiam si citatio defuisset, n. 11.
10. Spoliatio facta a iudice, & bonis proprio domino traditis, non fit reuocatio: sed si a priuato fiat, spoliatio.
11. Ius Canonicum nihil vnquam permisit cum peccato.
12. Remedia possessoria sunt periculosa in conscientia, si adest defectus proprietatis.

CONSILIVM VI.

Vlto processu inter dominos Episcopum, Decanum & Capitulum, diuino auxilio ex toto corde inuocato, mihi videtur pro domino Episcopo contra Capitulum iudicandum esse in præfenti causa, præsuppositis probationibus vtriusq; partis. Ex quibus hæc veritas elicitur, scilicet, quod tam Episcopus quam Decanus & Capitulum probant, esse in possessione antiquissima percipiendi has decimas, super quibus litigatur, non quidem pro dimidietate, sed vnaquæq; pars probat in solidum percepisse, & sic probationes sunt directo contraria. Episcopus autem vltra possessionem probat testibus & instrum. authenticis titulum percipiendi d. decimas hoc modo, quod d. prædium, cuius decimæ deducuntur in processu, est de possessionibus Episcopalis dignitatis (hoc est) de illis, quarum decimæ pertinent ad solam dignitatem præd. Quia descriptum est inter ceteras eiusdem dignitatis possessiones, ad d. effectum, vt illius decimæ soluantur Episcopo: non autem descriptum est in inuentario possessionum Ecclesie S. Mariæ, in quibus partem habent Decanus & Capitulum. Idq; apparet oculata fide, ex inuentarijs præd. possessionum Episcopi, & d. Ecclesie in processu productis, atq; ex archiuo d. Ecclesie solemnitate debita præuia extractis. Quibus reportorijs (vt probat Episc.) semper adhibetur fides in iudicio & extr. decimæq; percipiuntur & inuentur solui, & præterea, quod non existente aliquo prædio inter possessiones siue in reportorio possessionum cuiusdam Ecclesie, non possunt illius prædijs decimas exigere, nisi clerici, in quorum territorio & reportorio est descriptum, & quod descriptio præd. est sufficiens titulus ad percipiendas dictas decimas.

Quo sic ꝑ probato iustitia d. dignitatis fundatur ex doctr. Bart. in l. si duo, n. 4. *versus* *sed si vnus*, ff. *vsq; possi.* vbi tenet, quod probata equali possessione inter duos, ille, qui habet titulu, habet potiora iura, vt in l. 1. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. text. optimus in *c. licet*, de probat. in *versus* *ex premissis* igitur, ibi, maxime cum yde Fauentini iustum possessionis titulum non ostendant. Et inquit Barto. quod omnes hoc tenent: Quod etiam referunt & sequuntur doct. in *natur aliter*, s. *nihil commens.* ff. de acquir. possessio. optime pluribus iuris subsidijs confirmantes, præcipue laf. n. 37. & seq. Ormanof. n. 45. Rub. 177. optime Anton. Gom. in l. 45. *Tauri*, n. 78. in quarta consl. Barthol.